Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



62

uel nunc quamuis grauiter damnato ob perfi
diam populo iudaeorum: non esse aliquos exilis
tam et si paucissimos qui inter xpianos exul
tantes cotidie credendo ad salutem perueniant.
Quod siquis negare praesumpserit: dicamus qd
negari nullatenus potest, qd uidelicet spiritales
utriusq: testamenti doctores atq; imitatores
qui iuxta sermonem dni proferent de thesau
ro suo noua et uetera: usq; ad finem saeculi
sint in scae ecclesia permansuri. Et aperte taber
naculum in occidentali plaga consummatur:
In qua die sol claudere: et cuncta solent astra
occidere. p per scilicet uel obitum uniuscuiusq;
electi: uel generalem totius saeculi terminum.
Quasi enim occidit ei sol: qui ab hac temporali
lucepa tenebrae transitoriae mortis ad gau
dia lucis et uitae transmigrato aeternae:
quasi occidit oma ecce sol in occidente:
ut uisus in oriente tenebris transeuntibus
oriatur. Cum finita in aduentu dni uita secli
presentis: mox uerum saeculi futuri mane iustis
ueradies aeternae sapparebit. Et quia tunc
iustis cum dno regnantibus reprobi in aeternum
pereunt: Recte de hac plaga tabernaculi